



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660**

SS. Qviricvs & Ivlitta MM. 16. Iunij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**

298 VITA SANCTORVM 16. Junij.  
non furem prædonemq; timeas, non rubiginem, non  
tyrannum? qui apud Deum dives est, pauper esse  
nunquam potest. Lactant. in Epit. Instit. c. 12.

SS. QVIRICVS & IVLITTA MM.

16. Junij.

Datur optio; exempla Christianæ fortitudinis  
à trienni puer, an feminâ malis petere: hujus  
sexus, illius ætas convitium facient ignavie tuz,  
si detrectas vel desperas sequi hos duces; & audies  
sanè quod olim Augustinus: *An non quod iste &*  
*ista?* Exercebat Tarsi quæstionem de Christianis  
Alexander. IVLITTA QVIRICVM filiolum ul-  
trò ad tribunal non duxit, sed tulit, puto ne uni-  
cum Abrahæ in hanc rem facinus ostendi generi  
humano posset. Alexander in disparem prædam  
non eodem affectu græssatus, matrem atrocissimè,  
filium blandissimè excepit, haud scias in leoninâ  
an vulpinâ pelle nequior. Certè QVIRICVS illius  
receptus sinu, appetitus osculis, inescatus promis-  
sis, nullum, neque plorandi, neque quiritandi si-  
nam fecit; cùm IVLITTA contrâ pendens in equo,  
& taureis conicissa, gematum nullum ederet,  
ut propriâ amborum confessione constaret, utrius  
conditio esset inquierat. Consumptis lacrymis, im-  
bellis etiam arma expeditivit triennis heros, &  
nupernatos dentes tenerosque unguis strinxit in  
adulatorum suum, luctando effæctarus, nemitor  
in se, quam in matrem esset. Et potitus est voto  
suo; Alexander ad tribunalis gradus victori ani-  
mam elicit. Quid mater? nunquam lætiore vultu  
suum pignus aspergit, idemque beneficium popo-  
scit, ut quam cœtissimè cum asséqueretur. Impe-  
gnavat: laniata unguis, perfusa pice cervicem

securi

Secuti subdidit : sed quantumcumq; properaret , si-  
lius celū subeunti jam coronatus occurrit . Ex Sur-

Non solum effusio sanguinis in confessione reputa-  
tur , sed devote quoque mentis servitus immaculata  
quotidianum Martyrium est . Illa corona de rosis &  
viole plectitur , ista de liliis . S. Hieron. in Epitaph.  
Paulæ.

## S. L V D G A R D I S V I R G . 16. Junij.

**N**ulla pulchrior virginitate est virtus , quæ  
Deum etiam hominis facit rivalēm . Ambic-  
rant LVDGARDIS thalamum complures , nec igno-  
biles terræ filij , & ex his familiarius uni forte lo-  
quebatur , cum ei sanctior sponsus CHRISTVS pe-  
ctus suum , & in pectore cor saucium ostendit , &  
extra non nihil deinceps jussit querere . Inde vi-  
delicit humana omnia usque ad eō illi jam vi-  
lescere , ut præter crucifixi nullos amores sciret ,  
præfertim ubi ab ejusdem vulneris nectare ebria ,  
tota jam ibi habitabat , ubi sanctior amor degit .  
Deposuerat Dñi Mater apud LVDGARDEM que-  
relas suas , quibus filium ab Albigensibus hereticis  
iterum in cruce agi dolébat . Hic ut luctum vir-  
go suum testaretur , VII. annorum sibi jejunium  
indixit , alterum inque æquè longum pro peccan-  
tium salutem adjecit , & subinde SPONSVM irato PA-  
TRAL videt supplicem , & vulnera velut clypeum  
pro orbe perituro objicientem . Martyrii deside-  
rio tam bulliebat in amante sanguis , ut arteriam  
aliquando ruperit , cælumque idem præmium ,  
quod martyribus spoponderit . Sacrum epulum  
adire inter Angelos non semel , quandoque etiam  
inter MARIAE & D. Ioannis comitatum visa est .  
Ante obitum oculis orbata , nunquam tamen ma-  
gis celestia quam tum vidit . Morienti enim cum

M. -